



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

1 Residere tenentur parochi sub poena privationis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

- 9 Parochi ultra bimestre abesse non possunt, & neque per id tempus absque licentia scriptis obtenta.
- 10 Episcopi à residentia ultra duos menses parochos dispensare non possunt.
- 11 Abesse non possunt canonici à residentia ultra tres menses.
- 12 Residentia debita quando debeat publicari.
- 13 Absens ex causa, quomodo beneficio debeat providere.
- 14 Absens elapso termino licentia sibi concessa, quomodo beneficio privari possit.
- 15 Parochi sine causa, & licentia non residentes, quam pœnam incurrant.
- 16 Fructus, in quibus ob non residentiam quis condemnatur, fabrica ecclesie sunt applicandi.
- 17 Residentia præcipuè debetur in parochiali.
- 18 Parochi ad residentiam in domo parochiali sunt cogendi, & ea deficiente, in domo parochiali propinqua.
- 19 Canonici ultra tres menses non residentes qua pœna sint puniendi.
- 20 Absentes sine legitima causa, si distributiones quotidianas percipiunt, ad illarum restitutionem tenentur.
- 21 Canonici quomodo per tres menses abesse possint.
- 22 Canonici, gaudentes privilegio trium mensium absentia, distributiones quotidianas amittunt.
- 23 Canonici missi ad limina Apostolorum, vel ad eadem limina Episcopos comitantes distributiones quotidianas non amittunt.
- 24 Distributiones quotidianas quando non amittant canonici, inservientes clericis Parochialibus canonicatibus annexis.
- 25 Distributiones quotidiana pluribus casibus non amittuntur.
- 26 Distributiones quotidianas non amittunt absentes à choro pro utilitate ecclesie.
- 27 Distributiones quotidianas non amittunt infirmi, & senio confecti.
- 28 Distributiones non amittunt, Episcopi in visitatione inservientes.
- 29 Absentes in Apostolica Sedis, aut Episcopi servitio fructus præbendarum integre percipere possunt.
- 30 Residere negligentes ultra pœnas privationis fructuum, alijs etiam pœnis plerumque possunt.
- 31 Residere recusantes, ac extra residentiam decedentes pœnam incurrunt, quod eorum bona spolio Camera Apostolica cedunt.
- 32 Parochi epidemia tempore ad residentiam, & ad ecclesiastica sacramenta administranda tenentur.
- 33 Absentes ultra tres menses, quomodo sint movendi.

**B**ENEFICIA † curam animarum habentia, aut aliàs personalem residentiam requirentia obtinentes, ob non residentiam, pœnam privationis incurrunt c. conquerente. & ibi Innoc. & Abb. num. 1. de cler. non resid. & cap. inter quatuor. eod. tit. † Simplicia autem beneficia de jure communi requirebant etiam

residentiam personalem, ut trad. Abb. in c. quia nonnulli. n. 6. & n. 7. eo tit. sed contra hodie viget consuetudo, quæ habet vim legis, quod beneficia simplicia residentiam non requirant personalem, ut ibi Abb. Navar. de hor. can. c. 44. n. 1. & Graff. decis. aur. par. 1. lib. 2. c. 97. n. 59. nihilominus etiam quoddam beneficia non requirant residentiam.